

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 5063

**Auteur(s) :** Adrien IV [pape]

**Bénéficiaire(s) :** Mézidon-Canon, Sainte-Barbe-en-Auge (prieuré)

**Genre d'acte :** bulle

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1156, 14 novembre

**Lieu d'émission :** Latran

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le pape Adrien [IV] prend le prieuré Saint-Martin et Sainte-Barbe[-en-Auge] sous sa protection et confirme les biens et les droits dudit prieuré (Bulle rédigée d'après celle de Eugène III. Voir RAMACKERS, n° 44 et p. 173 ; SCRIPTA 5033).

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 88, p. 173-175.

### Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII/2eéd.*, Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 10211, t. 2, p. 121.

Texte établi d'après a

ADRIANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. DILECTIS FILIIS DANIELI PRIORI ECCLESIE BEATI MARTINI ET SANCTE BARBARE EIVSQVE FRATRIBVS TAM PRESENTIBVS QVAM FVTVRIS REGVLAREM VITAM PROFESSIS IN PERPETVVM. Religiosam uitam etc. Eapropter ... ad exemplar predecessorum nostrorum sancte recordationis INNOCENTII et EVGENII Romanorum pontificum prefatam sancti Martini sancteque Barbare ecclesiam, [in] qua diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis: ecclesiam ipsam beati Martini de Manso Odonis cum decimis et cappellis, scilicet cum cappella de Salcantia cum decimis suis de feudo de Mesedon, ecclesi[a] de Mirbel, cappella de Hec et cum uineis, terris ac redditibus a fundatoribus loci uestri ecclesie uestre rationabiliter collatis, sicut in cartis eorum continetur, ex dono Guillelmi camerarii et Rab[e]lli filii eius in Normannia totam terram, quam idem Rabellus habebat ultra Diuam fluuium apud Mansum Odonis ex parte ipsius ecclesie, et Lundam et viuarium de Subuineis, terram, quam ipse Rabellus habebat in dominio suo apud sanctam Mariam Calidam, totum manerium de Maisnil Giroldi in bosco et plano et molendinis et ecclesiis et omnibus aliis pertinentiis suis, excepta Buxeria, nemus desupra sanctam Mariam Calidam, ex dono eorundem in Anglia in soca de Graham decem libratas terre annuatim persoluendas, in ualle Glocestrie totum manerium de Bechford cum omnibus appenditiis suis, ex dono bone memorie Iohannis Sagensis episcopi in Normannia cappellam sancti Benedicti

iuxta forestam de Gofer cum terris, decimis molendini, decima panis de domo Ricardi de Tornai et aliis pertinentiis suis, ecclesiam de Tertu cum pertinentiis suis ; in episcopatu Lexouensi ecclesiam de [V]l[f]uilla cum terris et decimis dono episcopi Lexouensis, ecclesiam sancte Marie Calide totam ; in episcopatu Baiocensi terram de Ageio, que fuit Gisleberti de Ebrois, ex dono Baiocensis episcopi ecclesiam sancti Laurentii de Montibus cum terris, decimis et aliis pertinentiis suis, in Oximensi pago ex dono eiusdem apud Braium ecclesiam sancti Albini cum cappella et decimis cantarie et helemosinis ad eam pertinentibus, cum terris etiam eidem ecclesie datis in helemosina, quicquid [ha]buit Robertus de Hotot sacerdos de feudo Theoderici de Maisnil Malgerii et quicquid iuris habetis in ecclesia sancti Stephani, partem etiam decime de Boeuilla, que est in feudo Mathei Buschart et Roberti Buschart, quod tenent a camerario ; in Anglia in episcopatu Wigornensi cappellam sancti Iohannis super fossatum Wigornie cum terra ad ipsam cappellam adiacente, uirgultis, domibus et aliis pertinentiis suis, terram, quam dedit uobis Symon Wigornensis episcopus in Exartis ; in Baicasino quicquid iuris habetis in ecclesia sancti Vigoris de Ageio, ex dono Radulfi de Insula mansuram Vgonis presbiteri cum linaria et acram et dimidiam terre, quinque uirgatas terre, quas tenebat Rogerus presbiter de Oistreham, decimam molendinorum de Insula, ex dono Rogeri presbiteri terram Besirie cum illa terra, quam Guillelmus de Furnulle tenebat, in Turno duas acras terræ cum decima gardinnorum Roberti de Turno, ex dono Willelmi de Monte Caluino unam mansuram cum una acra terre, ex dono Gaufridi de Merario unam mansuram apud Wurnum, ex dono Reginaldi de Viana mansuram unam, ex dono Radulfi de Insula dimidiam acram terre ad fossam Marlariam et dimidiam acram ad fossatum Timerii, tres sextarios annone de monachis de Becco, unum uidelicet frumenti et duos auene. P[reterea li]bertatem teloneorum et passagiorum et pedaticorum et pasnagiorum ab egregie recordationis Henrico Anglorum rege uobis concessam et scripti sui pagina confirmatam nos quoque nichilominus rob[o]ramus et tam ab episcopis quam ab aliis uniuersis per totam Normanniam et Angliam [in]uiola]biliter obseruari precipimus. Concedimus etiam uobis, ut in parrochialibus [ec]clesiis, quas tenetis, liceat uobis sacerdotes idone[os] de fratribus uestris eligere et episcopis presentare, quibus episcopi curam animarum committant, vt huiusmodi sacerdotes de plebis quidem cura [ipsi]s rationem reddant, vobis autem de ordine suo sine con[tra]dictione obedient et de temporalibus rebus respondeant. Obeunte uero etc. Decernimus ergo etc., salua nimirum apostolice sedis auctoritate et dyocesanorum episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. AMEN. AMEN. AMEN.

R. Ego Adrianus catholice æcclesiæ episcopus ss. BV.

† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.

† Ego Cencius Portuensis et sancte Rufinæ episcopus ss.

† Ego Gregorius Sabinensis episcopus ss.

† Ego Guido presb. card. tit. sancti Grisogoni ss.

† Ego Hvbaldus presb. card. tit. sancte Praxedis ss.

† Ego Astaldus presb. card. tit. sancte Prisce ss.

† Ego Girardus presb. card. tit. sancti Stephani in Celio monte ss.

† Ego Henricus presb. card. tit. sanctorum Nerei et Achillei ss.

† Ego Iohannes sancte Romane ecclesie presbiterorum ultimus tit. sanctorum Siluestri et Martini ss.

† Ego Oto diac. card. sancti Georgii ad uelum aureum ss.

† Ego Guido diac. card. sancte Marie in porticu ss.

† Ego Iacintus diac. card. sancte Marie in Cosmydyn ss.

† Ego Odo diac. card. sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.

Dat. Lat. per manum Rolandi sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii XVIII kal. decemb., indictione V, incarnationis dominice anno M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.L<sup>o</sup>.VI<sup>o</sup>, pontificatus ue[ro] domni ADRIANI PAPE IIII anno secundo.